

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Sanctos Mensivm || Martii Et Aprilis

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10259

De S. Richardo episcopo Cicestrensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77384](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77384)

proluuiem patiens, cùm fide accessisset, & sanctas reliquias solum tetigisset, sanitati restituta est.

Cùm igitur exequiarum ordinem ex more super ipsum compleuissemus, in communis patris nostri Nicephori monumento cum condidimus, quod monumentum Itē ad mo- adhuc viuens sibi ipse fecerat à sinistra parte suggesti. In quo per Christi gratiam cura- numentum tiones & signa usque ad hodiernum diem efficiuntur. Omnes enim infirmi, qui ad sanctos illos loculos accedunt, sani domum reuertuntur, quo cunque morbo detentive- 1. Reg. 2. rent. Hęc fuit sancti hominis vita, hęc caelestis illius ciuius & diuini patris nostri Niceta in- stitutio. Hic Deum insatiabiliter amat, & ab ipso Deo iuré amatus est. Eius gloriam celebrauit, & ipse gloria donatus est: Glorificantes enim me glorificabo, dicit Dominus: Cui conuenit gloria, Patri videlicet, & Filio, & sancto Spiritui nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

VITA S. RICHARDI EPISCOPI CICESTRENSIS, INCERTO QVIDEM AVTHORE, SED FIDE-
TER conscripta. Arbitror autem epitomen esse illius prolixæ vitæ, quam duobus
libris complexus est Radulphus Cicefrius circa annum salutis 1270.
quam quidem in præsens ad manum non habui. Porro stylum pau-
lo latiniorem adhibui in gratiam Lectoris, plerisque
redditis parapraesticōs.

3. Aprilis.

S. Richardi
Parentes.Felix inge-
niūm.Seruit fra-
tris suo.Posthabitis
omnibus,
confert se
ad studia li-
terarum.

Anctæ & nunquā intermorituræ memorie Richardus natione Anglus, in Vuigorniensis diœcesis pago, quem à falsis puto Vuich vocant, parentes habuit non ignobiles, Richardum & Aliciam. In pueritia, præter illius ætatis inge- niūm, choreas & id genus vanitates atque pernicioſa spe- etacula intantū à ſe voluit esse aliena, ut coætaneorum suorum nullis neque blanditijs, neque suaſionibus ad ea potuerit pertrahi: ipſos verò coæuos ſuos & condicíplos breui tempore tam eruditione, quam vitæ & morum integritate antecessit. Porro frater eius captiuus abductus fuit in teneriori ærate: qui deinde maturiori æuo dimiſus ē cufodia, ad patriam nudus & inops regreſſus eft.

Cuius extreſam paupertatem ex animo miseratus Richardus, cùm nihil ipſe quæ haberet, vnde poſſet eius inopiam ſolari, in eius ſe tradidit ſeruitutem. Ibì vero tempus non exiguum in multa paupertate & abiectione, ſed non minori cum pati- entia, modò ad aratrum, modò ad bigam, modò ad alios id genus duros labores ad- hibitus, humiliiter & modeſtè ſeruiuit. Intantū autem eiusmodi officijs fratris ſibi be- neuolentiam conciliauit, vt is accepta charta, totius terræ ſuæ illum ſcripſerit here- dem. Deinde verò amici & cognati eius de quadam illi nobili puella deponſanda tra- tare cœperunt. Id vbi ſenſit frater eius, facile intelligens Richardum cum illa ſponſa multas opes habiturum, doluit ſe ſuum illi fundum transcripſisse. Quod cùm compe- riſſet Richardus, ait ad illum: Non eſt, frater charifſime, quod te hoc nomine affligas. Quia enim tu in me viſus es liberalitate atque humanitate, candem ego quoquæ erga declarabo. Itaque non ſolū ſcripturam tuam & fundum tibi reſtituo, ſed etiam ſponſam ipsam libens tibi trado, ſi tamen illi & amicis eius id moleſtum non ſit. Ne- que enim ego vnuquā illam exoſculatus ſum. Deinde omnibus abdicatis, fundoque & ſponſa & amicis derelictis, primū ad Oxoniensem Academiam, indè Lutetiam Par- fiorum ſe contulit. Tanto autem ferebatur diſcendi diſiderio & amore, vt de vi- cultuque corporis non magnoperè cogitaret. Vt enim ipſe poſteā narrare conſuevit, cùm haberet in ſuo cubiculo ſocios duos, non erat illis tribus niſi vnum capitium, & ſingulis tunica ſingula. Itaque uno ex ipſis ad audiendam lectionem abeunte cum ca- pitio, reliqui duo manebant in cubiculo, ſicque per vices illo capitulo vſi, lectiones au- ſcultabant. Cibus illis erat panis & vini parūm cum oluſculo aut eius generis vili edu- lio. Carnibus enim aut pīſcibus ut vſcerentur, illorū paupertas non ſinebat, præter- quām Dominicis & ſolennibus diebus, & cùm illis vel amici vel commilitones adep- tent. Aiebat verò vir sanctus, ſe nunquā toto vitæ ſuæ ſpatio iucundiores & ſauiores duixisse dies.

Tantos

Tantos interim in bonis literis progressus habuit, ut ab omnibus acclamaretur, dignum eum esse, qui magisterij titulis ornaretur. Noluit autem Parisijs promoueri, sed in patriam reuertens, denuò ad Oxoniensem scholam accessit, nec diù pòst in arti. ^{Fit artium magister.} unum magistrum illic promotus est: & quæ anteà conquiserat, alijs liberaliter impar-^{Studer in- tuit. Postea verò in Italiam profectus, Bononia septennio amplius iurisprudentiaæ}
^{operam dedit, idque tanto cum eruditionis incremento, vt praecceptor eius morbo r̄ispruden-}
<sup>correptus, ex omnibus discipulis suis vnum Richardum delegerit, qui ipsius loco cœ-^{tia.} ptam prælectionem continuaret. Et id quidem anno dimidio & eo amplius tanta cum modestia & dexteritate præstítit, vt ab vniuersità Academia haud vulgari tum laude tum honore sit affectus: apud praecceptorem quoquè suum eum gratiae & beneuolen-^{ia.} tie locum obtinuerit, vt vincam filiam suam cum omnibus facultatibus suis propen-<sup>sissimo animo illi tradere peroptarit. Verùm beatus Richardus iam diuinitùs permo-^{tus, longè aliud animo voluntabat, eique summisè admodùm gratias egit, quasdam in-}
<sup>terim rationes ciuiliter prætexens, addens etiam peregrè sibi esse abeundum: eo autem itinere confecto, vbi Deo volente redierit, se voluntati ipsius minimè defuturum polli-^{cens. Atque ità illi atque filia eius cùm valedixisset, rediit in Britanniam ad Academiam}
^{Oxoniensem, multis illic sese laboribus, vigilijs, corporis afflictionibus afficiens. Adeò}
^{verò eius creuit existimatio, vt omnium vñanimi consensu Cancellarius eius Academiam}
^{creatus sit.}</sup></sup></sup>

Per id tempus Cantuariensis ecclesiæ cathedralm obtinebat beatus Edmundus, qui eius integritatem & prudentiam diù antè compertam habuit: Lincolnensi autem ecclesiæ præcerat Robertus, quem cognominant, crasso capite, vir sanè eximia sanctità. Hi ambo, altero alterius conatum & voluntatem prorsus ignorante, uno eodem que tempore in id summoperè incumbebant, vt possent eum habere Cancellarium. Obtinuit tandem Cantuariensis antistes, quod is prior suam mentem & desiderium beato Richardo indicasset, in eiusque famulitum ille se contulit, eius voluntati reuenerenter obsecundans. Tum verò B. Edmundus suum illi sigillum tradidit, & præcipua quæque grauioræ totius dioecesis sue negotia illi demandauit. Itaque B. Richardus non impiger, coepit quotidiana bonis studijs augmenta adjicere, prouinciam sibi traditam absque animi fastu & superbia fideliter & accurate administrare, manus suas excutere prorsus ab omni munere, non ignorans illud Deuteronomij, quod munera excæcent oculos sapientum, & mutant verba iustorum. Itaque videre in illo licebat ineffabilem quandam equitatem, multam affabilitatem & comitatem, modestiam, simplicitatem cum prudentia & humilitate coniunctam, mores & actiones benè compositas atque sedatas. Porro sancto Edmundo etiam in rebus duris & afflictis tam in tra prouinciam, quā in exilio degenti constater adhæsit, non ignarus, eos qui socij fuerint passionum, ^{2. Cor. 1.} fore etiam socios consolationum: & qui compatiuntur, etiam conregnatores. Mor- ^{2. Tim. 2.} tuo autem beato Edmundo, sanctus Richardus tam ab aula, quām à curis & negotijs aulicis absoltus, Aureliam profectus, in cœnobio Dominicanorum sacrae theologie ^{Datoperam Theologiae.} studuit, non vt plerique solent, auribus quidem audientes, sed animum ad intelligentiam non accommodantes: sed quæ auribus hausit corporis, ijs etiam interiorē ad-^{Fit presby- ter.} mouit auditum, vt possit efficacius audita in opus conferre. Ibidem verò sacerdotio initiatus est, vt omnipotenti patri dilectum filium immolare. Ab eo autem tempore, cùm se ad eum dignitatis gradum pertigisse cerneret, vestes habuit solito humiliores, minusq; cultas. Postquam autem in diuinæ scripture studijs iam diù satî versatus erat, ad pascendas oues sibi creditas abscessit. Habebat enim vnicam paroeciam, cui curam necessariam impendere voluit, & boni pastoris fungi officio.

Succederat iam beato Edmundo in Cantuariensi ecclesia Bonifacius antistes venerabilis: optabat autem ille hominis adeò gratosi, putò Richardi, frui consuetudine & coniuictu. Itaque pristinam illi functionem, nempe Cancellarij, demandauit, sed id sanè iniuncto ac recusanti. Interē diem suum obiit Radinus de Neuellis, Cicestrensis episcopus. Eius verò ecclesiæ, iam pastore orbatae, canonici, impetrata pro consuetudine facultate ab rege Henrico, eius nominis tertio, quendam ex regis aula, eiusdem ecclesiæ Canonicum, episcopum elegerunt. Sed ea electio ex Canonum præcripto per Bonifacium Cantuariensem archiepiscopum & eius quosdam suffraganeos antistites, vita probitate & doctrina insigne, in quibus fuit etiam ille, quem diximus, venerabilis pa-^{ter Robertus Lincolnensis episcopus, in irritum redacta est, quod is, quem elegerant,}
^{scientia & moribus tantæ functioni parum idoneus esset: communi autem omnium}

A P R I L I S.

518

Eligitur in
episcopum
Cicestren.

Sententia Richardus antistes electus est. Sed cum cares ad aures regis perlata esset, valde acerbè ille tulit priorem electionem ita planè reficiam, subrogatumque esse hostem suum, nemp e Richardum, qui beato Edmundo ijs in controvertijs, quas cum ipso habuerat, adhæsisset. Itaque furore percitus, res ecclesiae Cicestrensis iussit confiscari. Verum beatus Richardus de consilio antistitum cum literis Cantuariensis episcopi ad regem proficisciatur, supplices illi preces offerens, ut patiatur ea, quæ sunt ecclesiae Cicestrensis, sibi restitui. Sed nulla ratione flectere potuit regis animum: cumque diu multumque se fatigasset, & multas iniurias atque contumelias esset perpeccus, tandem ad extremum illud post Deum in terris perfugium, Apostolicam sedem se contulit. Jam autem illum apud Romanum Pontificem regij legati anteuerterant, quos illic aduersum se paratos & instrutos offendit. Præsidebat tum illi sedi Innocentius, eius nominis quartus, qui illum humaniter exceptit, & vtriusque partis rationibus auditis, beati Richardi electionem sua authoritate confirmauit, atque insuper sacrarum manuum impositione illum solenniter episcopum consecravit.

Fertur tum miri quiddam euenisce. Nam cum alias quoquè illius regionis eximius prælatus esset à Pontifice consecratus, ubi ad sacramunctionem ventum est, vix guttalam ex ampulla elicere potuit Pontifex: postquam autem beatus Richardus sacramunctione fuit imbuendus, tam copiosè liquor ex ampulla manauit, ut ministri linteis agere abstergere potuerint, nè in collum & corpus eius diffueret. Stupebant non immerito Pontifex & Cardinales, alijque, qui illuc aderant, dixitque unus è Cardinalibus: Reuera gratiæ plenitudinem adeptus est.

Eius in episcopatu affectio[n]es.

Deinde vero beatus vir cum literis Pontificis in patriam proficisciens, in itinere se pulcrum inuisit beati Edmundi, iam miraculis coruscantis: poste in Britanniam pervenit, facultatesque omnes Cicestrensis ecclesiae ab regiis ministris iam exhaustas atque absumptras reperit. Proposito quoquè publicè edicto, rex omnibus interdixerat, nè quis ei quippam mutuò daret. Vbi autem regi & ciui proceribus literas Pontificias & mandata exhibuit, non tam regem sibi conciliasse, eiusque promeruisse gratiam, quam iram potius & indignationem conciliasse visus est. Quamobrem pauper & impops à rege discedens in diocesim suam, sub tecto alieno degit hospes, & mensa aliena vtitur. Interim crebro perlustrat diocesis suæ loca, visitans creditum sibi gregem, & sacramenta, ubi res poscere videbatur, ministrans. Nè quis autem eum cœu ignauum & inertem suique iuris desertorem ac proditorem insimulare posset, interdum ad regiam se se contulit, & ablatorium bonorum restitutionem humiliter postulauit, licet semper indecum iniurijs & contumelijs repelleretur. Accidit quandoquè, ut aspero regis responso Decanus & Canonici Cicestrenses animis turbarentur ac mœrore afficerentur: fed illos vir Dei hilari vultu alloquitur, atque illud eis ex Actibus Apostolicis commemorat: Ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati: additique: Ego vobis id confirmo, hanc vexationem & afflictionem nobis quandoquè Dei benignitate in gaudium mutatum iri. Cernens autem regis pertinaciam, summo Pontifici eius responsa indicauit: qui sanè miserum in modum sancti viri vicem miserans, seuerissime mandauit duobus Anglia episcopis, ut regem admonerent de restituendis intra certum tempus Ecclesiae Cicestrensis ablatis rebus: quod si nolit, sententias in ipsius literis expressas toto regno inuulgarent. Iam biennium vir sanctus regias vexationes pertulerat, & tum demum à rege illi ades ruinosæ & vacuae restitutæ sunt.

Catalogus virtutum eius in episcopatu.

Postquam autem episcopi functionem beatus Richardus suscepit, factus est in precibus solito feruentior, in praefandis elemosynis benignior atque copiosior, in proprio castigando corpore seuerior. Pauperum deinceps attentior illi cura fuit, habitus vel cultus corporis neglectior, gestus atque ipsa etiam pronunciatio modestior. Ad mensam sedenti lectio adhibebatur, atque interdum lectionem intermitte nonnihil lectore, de ijs, qua lecta fuerant, aut de alijs rebus bonis & frugiferis sermones conferabantur. In pagos sua diocesis veniens, agrotos & pauperes diligenter iussit inquiri, ijsque non modò elemosynam præbuit, sed etiam humaniter & benigne eos inuulit, & verbi cœlestis alimonia accuratè refecit. Cumque ob elemosynas largius impensas reditus absumerentur, dominus Richardus Bachedensis, frater eius secundum carnem, cui temporalium rerum curam commiserat, dixit ei, ad ram profusa elemosinas in tanta pauperum multitudine redditus & prouentus ipsius non sufficere. At vir Dei illi respondit: Itane recta rationi consentaneum tibi videtur, mi frater, ut nos ex vasis aureis &

reis & argenteis edamus & bibamus, & Christus in pauperibus suis fame crucietur? ad-
diditque: Possum etiam ego, quēadmodūm pater meus, ex paropside & cratera escam
sumere & potum haurire. Vendantur igitur vasa argentea & aurea: sed & equus, quo Benignitas
vehor, magni precij est: vendatur, obsecro, etiam ille, & illorum precio alantur paupe-
res Christi. Neque solū nouerat vir sanctus pauperes cibo potuque fouere, sed etiam
nudis præbere vestes, mortuos proprijs manibus sepelire. Non raro autem stipem elar-
gitus est etiam antē, quām rogaretur: cumq̄e non decessent qui sciscitarentur, cur pe-
cuniam daret non perentibus, respondit: Scriptum est: Domine, præuenisti eum in Psal. 20.
benedictionibus dulcedinis, itemque: Carē satis emitur, quod precibus obtinetur. In-
stitutus autem etiam domum hospitalem pro presbyteris egenis, senio confectis, cæcis
atque alijs corpore debilitatis: & n̄e publicē mendicitati subiacerentur, quæ ad viatum
& vestitum pertinent, eis in eadem domo curauit n̄e decessent.

Illud quidem valde est memorabile, quōd vñus panis eius benedictione adeò au- Vnius pa-
tius est, vt cūm præter eorum, qui præsentes aderant, spem & expectationem, abundè multiplica-
refecta essent ad tria millia pauperum, solitas portiones recipientium, tot fragmenta cito.
superfuerint, quæ pro ratione illius distributionis, centum infūper pauperibus cibandis
sufficerent. Neque semel duntaxat aut bis, eius accedente benedictione, tanta facta est
terram augmentatio, sed s̄p̄iūs, illo id præstante, qui aperit manum suam, & implet Psal. 144.
omne animal benedictione. Cilicio etiam usus est vir Dei & lorica, quibus corpus suum
maceraret. Porro vestimenta eius & calceamenta nec admodūm nitida, nec plūs equo
abiecta visabantur, sed moderata, & ipsi congruentia, in quibus sanè non est passus ali-
quid apparere curiosæ nouitatis. Sed neque phaleris, auro vel argento cōspicuis, equos
suos ornari voluit, neque superflua vestes mutatorias secum circunferre, non solū
pompam vitans, sed etiam timens, n̄e pauperes clamarent ac dicerent illud, quod apud
Diuum Bernardum legitur: Pontificis in freno quid facit aurum, nobis fame & frigore
misericorditer laborantibus?

Quendam dominum Iohannem, filium Alani, propter iniuriam ecclesiæ Cicestren-
si irrogatam, vir sanctus excommunicavit. Sed cūm ille ad eius aulam veniret, familia-
riter eum admisit, & apud se in prandio retinuit, dicens, quandiu in ipsius aula esset, se
eum excommunicationis sententia nolle teneri: at vbi recessisset, si nō satisfaceret ec-
clesiæ, omnino velle eum pro excommunicato haberi. Aiebat etiam, si inter partes sint
lites & dissidia, dum suum quæque vult ius repetere ac tueri, nō debere charitatis signa
inter Christianos omitti aut negari. Si enim, inquit, quod meum est, volo recuperare,
non debeo id, quod Dei est, alteri subtrahere. Et ita quidem ipse se gesit erga Abbatem Eius chari-
de Fiscanno, & virum illustrem Richardum, tunc Comitem Cornubiæ, itemque Can-
tæ comitissam, cūm essent ei controuersiæ cum illis ratione ecclesiæ suæ. Nam pro
contumelijs honorem, pro inimicijs benevolentiam rependit.

Quidam è clero virginem Deo sacramatam ex monasterio illius extractam corrupit. Id Seueritas in
vbi retinuit vir sanctus, cum beneficio siue sacerdotio ecclesiastico, quod in ipsius dice- stupratorē
cessi habebat, cum multa illius ignominia priuauit. Rogantibus autem pro illo tum re- virginis
ge ipso, tum Cantuariensi archiepiscopo & multis alijs prælati, proceribus atq; baro- Deo dica-
nibus, vir Dei in diuina exequenda iustitia prorsus inflexiblem se ostendit, percutiens-
que pectus suum, ita ait: Donc spiritus hos reget artus, talis furcifer, qui virginem Deo
sacratam temerare ausus est, atque etiamnūm apud se se instar scorti cuiusdam detinet, Et
me quidem consentiente nunquam in mea diœcesi curandis animabus præficietur. Et
quia prouocauit iste ad dominum archiepiscopum Cantuariensem, faciat ille sanè, sic
ut voluerit respondere apud aquissimum illud tribunal Christi. Hanc beati viri con- Itē in tres
stantiam cūm illi vidissent, deinceps ea de re eum tentare noluere. Non aliter se gesit concubina-
erga tres vicarios, qui concubinas apud se palam fouere conuidi fuerant. Cum enim
nollent eas à se dimittere, lata in eos sententia, ecclesiasticis beneficijs illos primauit. rios
Quosdam etiam, qui furem ad ecclesiam configientem, violenter inde extraxerant at-
que suspenziderant, illius iam putre cadauer per dies quindecim & eo amplius exhumare
re compulit, & ad ecclesiam, vndē illum extraxerant, proprijs humeris deportare.

Accidit quandoquè, vt domorum & rerum ipsius exustio & non minima iactura ei
nunciaretur. Familia tum plangente & dolente, ipse sereno & iucundo vultu gratias Cōtempus
egit Deo, illosque bono esse animo iussit, ita dicens: Nolite dolere charifimi: habemus rerum præ-
etiamnūm, vndē nobis res necessarias parare possumus. Et hæc quidem ego nobis ea
causa accidisse sentio, quod ad præstandas elemosynas non eam adhibuimus curam
fentium.

& liberalitatem, quam debebamus. Itaq; volo & iubeo, vt posthac de facultatibus nostris largiores prebeatur eleemosyna. O virū generoso pectore, qui etiam inter defensus deficere nesciens, ex ipsa rerum suarum iactura nouit sibi virtutum cumulare augmenta. Prefectis & præsidibus diœcessis suæ sub diuini nominis obtestatione & animarum periculo grauissimè interdicere solebat, nè quicquam à suæ diœcessis hominibus præter fas exigenter, nec eos indebitis exactiōibus vexarent. Ipse verò etiam ea, quia iure ei debebantur, potentibus clementer remisit. Consanguineos siuos, etiam maturos & habiles, ad beneficia ecclesiastica admittere noluit, illa ratione, scienſ paſtorum principem Dominum nostrum Iesum Christum non B. Iohanni euangelista, ipſius cognato, fed B. Petro, ſanguine illi minimè coniuncto, regni celorum claves tradidisse.

Matth. 16.

Matth. 26.

Tanta autem erga clerum suum moderatione & chumianitate vius est, vt cùm ad matutinas perſoluendas preces Solis exortum præueniſet, clericosque ſuos etiam in ſuno, vt habeat humana fragilitas, preffos cerneret, ad priuatas interim preces ſe con ferret, permittens eos quiete ſua perfrui, & illud Domini Salvatoris quaſi ſuauitate dicens: Dormite iam & requiescite. Alioquin ſanè ſummoper ille delectabatur preciōbus Deo religioſe atque deuotè oblatis: id quod vel hoc uno ſatis doceri potest, quod cum viroſ religioſoſ inuiſeret, vel ad ipsum venienteſ cum oſculo ſancto ſuſciperet, dicere ſolitus fuit: Bonum eſt ea deoſculari labia, quæ thymia maſtarum orationum, Deo cum deuotione oblatarum, ſuauitate redolent: quod quidem, vt ipſe crebro retulit, à beato Edmundo fuit mutuatus, quiſcī dicere confueuerat.

Prædicat
cruce in
ſubſidium
terre ſan-
cta.

Quanto autem studio & diligentia etiam in alienis diœcessibus ſacras vir beatus concioneſ habuerit, quām clementer contritos corde refouerit, ſua peccata conſiſteſ audierit & inſtruixerit, poenitenteſ abſoluerit, conſilia petenteſ impietieſ, deſperanteſ ad benē ſperandum reuocāri atque animauerit, alacres adhortatus ſit vt perſeuerauent, imbecilloſ atque nutanteſ conſirmāri, & vt denique omnibus omnia factuſ ſit, quiſ poſſit pro dignitate explicare? In ſubſidium terre ſanctæ crucis prædi caſionem ſuſcepit, ab Romano Pontifice ipſi demandata: & à Ciceſtreſi quidem ecclieſia inchoando, per loca mari adiacenteſ progreſſuſ, ad Cantuarienſem vique ciuitati peruenit. Porrò decimo die ante, quām portum illum celebrem, quem Doueram vocant, attigifſet, in morbum incidit, nec tamen laborare deſiſit in agro Do minico, ſed quotidie concionando, confeſſioneſ recipiendo, pueroſ conſirmando, la croſo etiam ordineſ confeſſo, vires corporis exauſiſt. Vbi Doueram peruenit, in quadam domo hospitali, quam Dei domum appellaunt, hofpitiuſ recepituſ eſt, roga tuſque ab eius Xenodochij moderatore, ecclieſiam quandam cum coemeterio, vbi pauperes ſepelirentur, in honorem S. Edmundi, quondam domini ſui conſecrauit, dixitque eodem die palam in concione, ſe ab eo tempore, quo fuifet conſecratuſ epifco puſ, ſemper id in votiſ habuiſſe, vt antequa diem clauderet extremuſ, vel vnam in honorem ſancti domini ſui Edmundi poſſet baſilicam conſecrare: egitque eodem in loco gratias Deo, qui ipſum deſiderio non eſſet fruſtratus ſuo: addiditque ſe ſciere iam velociem fore depositionem tabernaculi ſui, orans vt exitum ipſius ſuarum precum ſuffragijs communirent.

Supra vires
rebus diui-
nis in cuius.Crucifixi
imaginem
deoſculatur

Thren. I.

Altero deinde die, qui fuit Dominicus, licet ijs, quoſ diximus, laborib⁹ atque inſtru- pèr morbo eſſet prægrauatus & confeſſuſ, vbi hora ſurgendi adſuit, nesciens moras ne- cetero, manè in oratoriū ingressuſ eſt, ibi que coepit paſſare: cumque Miffa ſacrificio intereſſet, morbo ingrauſcente, membra imbecillia ſuſtentare non valens, humi col apuſ eſt. Aderant mox eis ſuis, qui eum e terra ſublatuſ, ſuis manibuſ in hofpitiuſ de portarunt, atque in lecto reposuerunt. Ibì tum Guilelmo capellano ſuo, qui magna ſancti viri familiaritate fruebatur, indicauit, ſe ab illa aegritudine neutiqua euaſiurum, iuſſitque vt funeri neceſſaria præpararet, ſed caute tamen, nè familiuſ ipſius animadu tens perturbaretur: magiſtro quoque Simone de Terringes, obitū ſui diem praedixit.

Petijt verò ad ſe apportari imaginem crucifixi, camque allatam deuotè complexus, lo- cis vulnerum, perinde acſi iam morientem Dominum Iesum cerneret, pia oſcula affi- xit, eaq; ſuauite labijs demulcens, in hac verba prorupit: Gratias tibi ago Domine Iefu Christe pro omnibus beneficijs, quæ mihi præſtitisti, pro poenit & opprobrijs, quæ mea cauſa pertulisti, quæ tanta fuere, vt meritò illud ex Threnis prophetæ tui dicere porue- ris: Non eſt dolor, ſicut dolor meus. Tu noſti Domine, quod si tibi placaret, omnia op- probria atque tormenta & ipſam denique mortem propter te paratus ſim tolerare: & ſicut tu noſti vera me dicere, ita queso miſerearis mei, quia tibi commando animam meam.

DE SS. MARTYRIB. THEODVLO ET AGATHOPODE. 521

meam. Illam autem Psalmistæ vocem, In manus tuas Domine commando spiritum meum, crebrò iterabat: ad beatissimam quoquè Christi matrem semperque virginem Mariam, subinde corde simul & voce se conuertens, aiebat: Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe: mandauitque suis capellani, ut ea verba ad eius aures pronunciare non cessarent. Atque ita inter suspiria pia deuotionis & verba sacræ orationis, adstantibus religiosis presbyteris & clericis, laicis quoq; fidelibus, B. Richardus animam, deinceps in illa beatissima ciuitate supernorum Sanctus vir vieturam societate, reddidit creatori, anno ætatis sue plus minus quinquagesimo sexto, moritur. pontificatus vero anno nono, tertio Nonas Aprilis circa noctis medium, quo tempore Matth. 25. sponsus ille cœlestis ad nuptias venturus dicitur. Cum autem iam obijsset, sacram corpus eius, quod in vita multis fuerat delassatum vigilijs, humili sepius cubando attritum, maceratum ieunijs, castigationibus afflictum, præter humanum morem, antidissimum apparuit, ita ut quoddam futuræ resurrectionis insigne præ se ferre videretur. Postquam autem compositum & eum in modum, qui pontificem deceret, in feretro esset collatum, atque in eam, quam paulo ante diximus ab eo consecratam, ecclesiam deportatum, vnde aquæ ingens factus est hominum concursus ad tam venerabiles celebrandas exequias: & singuli beatos se putabant, si vel feretrum tangere, vel sacrarum vestium simbriam attrectare licuisset. Annulos & monilia, eius corpori admota, pro Deuotio' populi erga eius sacras reliquias. sanctificatis habebant, & instar reliquiarum asserabant.

Deinde vero Cicestriam corpus sacrum deportatum est, ut illic, quemadmodum ipse iussiceret, humaretur. Sepultum autem est loco humili in Cicestrensi ecclesia ante aram S. Edmundi, quam ipse extruxerat in eius templi parte aquilonari, ubi magna diuinitas eduntur miracula, adeo ut etiam tres mortui eius meritis ad vitam reuocati Miracula. sint, abortiuus factus animam vitalem acceperit, & plura alia sanè admiranda contigerint, quæ breuitatis studio prætermittimus.

SANCTORVM THEODVLI LECTORIS, ET
AGATHOPODIS DIACONI MARTYRIVM,
ex Simeone Metaphraſte.

Lorentem erga Deum pietatem fraude sua diabolus semper conatur cuertere. Neque tamen strenuos pietatis milites valet offendere: sed eos duntaxat vincit, qui Christi gratiæ adhaerent imbecilliis. Quemadmodum enim cum regionem aliquam, in qua diu pax viguit, bellum inuadit, viri fortes corpora sua vulneribus mortisque obiiciunt, ut gloriæ coronam consequantur: ignavi autem ac timidi cedunt aduersarijs, maluntque corpora integra conservare, quæ gloriam assequi: Sic, cum draconis satellites aduer- Diabolus sùs Christi seruos bellum mouent, si quis nondum firmam in Deo fidem habet, fragilitate vietus, à proposito recedit: non. qui autem Christi verbis animum armavit, is pietatem constanter tuetur ac seruat, nec villo modo ab improbo inimico conuincitur. Verum Theodulus in primis animum perturbationibus superiorem præ se tulit: qui cum fidutiæ erga Deum haberet socium Agathopodem virum generosum, ingentem impietatis tempestatem idolatriæque bellum, quod Maximiano Cæsare imperante, per tortum orbem terrarum ardebat, immutabilmente discussit. Nam cum equites paſsim percurreret, populos Imperio subiectos cogerent rerum omnium Procreatorē abnegare, & Tyrannus ille omni studio atque vi ad pietatem cuertendam incumberet: aliis alio fugiebat, cum omnibus immolare reculantibus impie mors esset proposita. Et qui vitam magnificiebant, statim exiguae voluptatis gratia mortem sibi ac supplicium eternum comparabant. Qui autem parvum erant in fide salubri confirmati, cruciatibus vieti, verum Deum negabant. Et interea quidem diabolus eius scenæ author, cum imbecillioribus esset superior, gaudebat: Theodulus vero & Agathopus omne tempus in domo Dei consumebant, ieunijs & precatiōnibus vacantes, orantesque Deum, ut impietas ipsa prosterneretur.

Milites igitur atque Praefectus hominum constantiam admirati, quod, cum ceteri latitarent, ipsi soli palam Dei verbum prædicarent, eos post vincula adspectu multo gratiosiores in certamen adduxerunt. Theoduli enim genæ primo pubertatis flore Theoduli ætas.